

Dē triumphis




Marcus Aurelius diadalmenete. A császár triumphatori kocsján a Capitoliumra vonul. A háttérben a Forum építményei láthatók. (Museo Capitolino, Róma)

Dum tōtā urbe populus fēstum agēbat, triumphātor in Capitōlium ibat. Postquam aedem Iovis intrāverat, in quā iam omnis senātus aderat, corōnam et ōrnātūs dēposuit, et taurum immolāvit.

Cōsulī Rōmānō, qui īsignī suā virtūte hostēs vīcerat, propter victōriam senātus triumphum iūdicāvit. Triumphātor cum exercitū suō per portam triumphālem, quae apud Campum Mārtium erat, Urbem intrāvit. Populus Rōmānus, qui cōsulem fēlicem cum exercitū fortī Rōmānō salūtābat, clāmābat: iō triumphe! iō triumphe!

Stābat triumphātor vestimentō triumphālī īsignis et Iovī Capitōlinō similis in currū aureō, quem quattuor equī trahēbant, super capite eīus aurea corōna erat, quam servus pūblicus tenēbat, qui post cōsulem in currū stābat. Hoc agmen Viā Sacrā Fōrum praeteribat. Triumphī semper īsignia spectācula populō praebēbant.



Kr. e. 8-ban Augustus tiszteletére Segusióban (ma Susa) emelt diadalív.